



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Diaconia S. Agathae in Svbvra

Martinelli, Fioravante


Romae, 1638

Vorwort

urn:nbn:de:hbz:466:1-11177

DIACONIA
S. AGATHAE
IN SVBVRA

DESCRIPTA, ILLUSTRATA.



IX FRANCISCVS
BARBERINVS Card.

Amplissimus S. Agathæ
Diaconiã in Quirinali si-
tam obtinuerat, cum diu

intermissa cõtrouersia iterum excitata
est. Gaudebat Princeps Optimus tem-
plum sibi obtigisse, quod Magni adhuc
Gregorij vestigia retineret; quod idem
Pontifex ab Arianis pollutum expiaue-
rat; ex quo humani generis hostem im-
munda specie eiecerat; quod odorata
nube Deus compleuerat; quod ignis in

A

pen-

II.

pendentes lampades è Cælo demissus non semel illustrarat. Assentiebantur plerique, factumq. diuinitus dicebāt, vt quam Pontifex incomparabilis Ædem olim dicauisset, incredibili pietate Cardinalis obtineret. Nec desuere tamen qui eam gratulationem perturbarent. S. Agathæ templum, aiebant, tot miraculis illustre, à Gregorio extructū, eodēque teste in Subura situm fuisse. iam istud, quod Colli Quirinali insidet, ædificatum à Ricimere, longè à Subura distare. Illud quidem vulgi opinione receptum; sed audiendum nihilominus Pyrrhum Ligorium, qui superiore seculo suis in Paradoxis contrarium docuerat. Mouit me ea res: cumq. ægre ferrem siue Ædi Sanctissimæ tantum detrahi, siue commune eruditorum iudicium contemni, cœpi vulgatę sententię veluti defensionem parare. Porro cum multa adnotassem, quę contro-

uer-

III.

uersiam omnem dirimere viderentur,
laboris, vt fit, amore captum, tum verò
Amplissimi Cardinalis studio flagran-
tem incescit præterea cupido, singula,
quæ ad hoc templum spectarent, col-
ligendi: quod dum præsto, hoc mihi
inter manus opusculum sensim excre-
uit. Hæc me ad scribendam causæ im-
pulerūt. Vtinam tam facile opus ipsum,
quàm operis suscepti consilium Lecto-
ri probare possim. Ordiamur à Subura,
ex cuius situ hæc controuersia ferè de-
pender.

